



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

Si apud Hypercriticos & oculatissimos ( ut se credunt ) Argos hæc typis exscripta Genealogia alicui minus probabitur, id ob Auctorum ipsorum Genealogicorum discrepantes opiniones profluere sibi persuadeat uelim; accedit antiquorum incuria temporum, & bellorum iniuria, quâ multa maiorum documenta perire, ex quibus candida veritas erui potuisset. Atque hæc eo à me allata sunt, ut siquid erratum sit, id Antiquitati, vel mihi condonetur. Dedi ego ( studio omnique affectu seposito ) quod uero similius esse duxi, & quod diu ante me censuere: *Aubertus Miræus Cathedralis Antuerpiæ*, Dominus *Christophorus Bœrgens S. Saluatoris Prælati*, R P *Ioannes Gans Soc: IESV Theologus*, *Ioannes Iacobus Chifletius* eques & Archiater Regius, plurèsq; non infimi nominis Genealogici scriptores. Ingenuè tamen profiteor nonnullas potuisse esse stirpes breuiiores; sed quo pluribus proceribus ad suæ gentis taleolas & surculos inferendum commodaretur, rumpos sæpe connectendo per variantes familiarum traduces esse circumductos; neque tamen mens fuit tenebrarum aliquid, aut noctis illo genere Commentationis, Genealogijs affundere, sed in re aliàs implexâ ac dubiâ eruditæ aliorum correctioni libens stare quod molestum non accidet, si ueri amore pro ingenio quisque suo addat vel demat, facemque tantis in tenebris orbi accendat; mihi sufficiet ostendisse modernos Europæ Proceres, generis sui nativam vim ab ipsa Richeza & alijs *Sexaginta quatuor Diuis Maioribus* hausisse. Utinam *Calites isti Seris Nepotibus*, & mihi, qui ipsi laboro, faueant.

## XXVI.

Werthinæ in *Insula Rura Transrhenani flurij SS. Ludgeri Monasteriensi* & *Hildegemi Halberstadiensi Episcoporum Fratrum Germanorum*, qui *Saxonia, Westphalia, Bergia, Frisia* Idololatriâ fugatâ *Christianam lucem* intulere uterque fecundis pro religione sudoribus inclutus ita prospere laborauit, ut nobilissimarum istarum gentium *Christianorum primi Parentes*, & glorioso planè *Cognomento Saxonia Apostoli* audiant.

## XXXI.

Claudat *Martium Martis olim cliens* uenabilis *LUDOUICVS* Illustrissimis ortus Natalibus *Comitum, de Ahrr seu Aquilinarum* in primis Pius ac metuens DEI, qui opulentam hereditatem contempsit, pauperum, & calamitosorum perfugium. *Eius spectata*